

pore tamē delicat⁹ atq; infirm⁹ erat. ⁊ ꝓpterea in obseruatōe medicaminū curiosus atq; superstitiosus. Clemēs aūt dñs qui mi⁹ficor diter solet errantes corrigere ipm voluit ad viā veritatis reducere. taliq; modo visitationem suā simpliciter delinquēti ꝓrogare dignatus est. Aspiciebat isdē frater in visu noctis. ⁊ ecce vniuersitas fratrū quasi ad laudes diuini seruitij celebrādas ad ecclesiā festinabat. Porro ad ostiū ipius ecclesie stabat illa tā humil' q̄ sublimis mater mi⁹ficordie pia virgo maria que tanq̄ ꝑciosi electuarij pixidē portans. singulis fratribꝫ oratoriū intrātibus singula ex eo coclearia dulcissima sua manu dignāter tribuebat ⁊ mira dulcedine gustantes reficiebat. Quo viso frater ille gratulatus est vehemēter reputās secū ꝙ ipe celestis illi⁹ alimonie sine obstaculo particeps fieri deberet. Cunq; ad manū pijssime ꝓcuratricis accederet benignissima dissimulatrix ⁊ vere mitis virgo reppulit eū dicens. Nūquid meo medicamīe opus habes Nōne sapiēs medic⁹ es. ⁊ tuimet curā solicite geris. Uade itaq; vade. ⁊ tuis medicamētis sicut voluerꝫ vtere. quoniā de his qui curam suā sup dñm ⁊ filiū meū iactant cura est mihi. Qd cū ille audisset erubuit. ⁊ petens indulgentiā ꝓmisit ei ꝙ se ampli⁹ de ipo nō intromitteret sꝫ totā vite sue curā deo ⁊ sibi cōmitteret. Ad quā sponsionē generale refugium omniū xp̄ianoꝝ satisfactōe accepta benignissime penitenti veniā ⁊ gratiā indulsit et medicamēti salutifere pitantie pabulū impartiuit. Gustata ergo benedictōne celestis anthidoti ꝓtinus a sua teneritudine ⁊ infirmitate frater ille cōualuit. ⁊ abdicatꝫ omībꝫ medicamentꝫ ⁊ delicatioribꝫ alimentꝫ ad cōmunes cibos se trāstulit. Ideoq; cooꝑante gr̄a dei i breui decorē ⁊ fortitudiez cū salute corꝑis ⁊ aīe pariter īduit.

XXIX

Cū adhuc nouitius esset deuotus frater achardus. venerabilis abbas bernardus q̄dam die intrauit ad ꝯsolandos nouitios suos sicut frequēter facere solebat. Termīato aūt sermone predictū achardū cū alijs duobus nouitijs traxit ī partē ⁊ p̄monuit eos in spiritu ꝓphetico loquēs ita. Futurū est inq̄t vt nouiti⁹ ille. designauit aūt vnū ex nomine ante diē crastinū furtiue recedat. Uos itaq; vigilate ⁊ estote parati ⁊ fugientē cū rapinis eum fugere non sinatis. Quo audito mirati sunt et cū silentio prestolati sunt exitum rei. Profunda vero nocte duo ex illis cū fugitiuum in lecto firmiter dormientē aspicerent tunc ⁊ ipi dormire ceperūt. verūtm̄ achard⁹ quia certissime credidit verbū a sancto patre ꝓlatū haud posse irritū fieri. somnolētie spiritū q̄ ei molestissim⁹ erat virili ꝯstantia repellebat. Nunc em̄ frontē. nunc timpora fricando. modo pilos capitis ⁊ barbe vellicando. modo man⁹ ⁊ faciē lotitās. nunc ad locū de loco ambulādo se excitās. tandē fallacie somnū quo p̄mebat̄ euicit. Cunq; ꝓpe esset vt signū ad vigilias pulsaret̄ ecce duo quasi gigantee magnitudīs ethiopes nigerrimis cappis induti ꝑ ostiū dom⁹ visibiliter ingrediunt̄. Is vero q̄ precedebat gallinā assataꝫ in spico portabat. Porro in ipso veru coluber ingens ꝑ caput ⁊ caudam infixus erat ⁊ eandem gallinaꝫ hincinde cingebat. Cum tali itaq; pompa accedunt ad lectū falsi nouicij ⁊ gallinā fumantē naribꝫ applicant dormientis. quo stati exꝑgefacto demones egrediuntur ⁊ quid ītus ī corde eius īuisibiliter actitarent horrēdo hoc visibili signo demōstrauerunt. Cunq; euigilasset miser ille continuo surrexit et vestimentis onusi⁹ post demones exijt veniensq; ad ostiuꝫ armarij qd erat in claustro machinamentis suis moliebatur firmatum effringere ac secum tollere libros. Porro p̄dictus achardus celerrime socios excitat ⁊ ꝓphetataꝫ apostate fugam signis ac nutibus insinuat. Itaq; recedentez pariter īsequentes reperiūt illū pessulū ostij concutientē. quos vbi ille ꝑsensit ilico datꝫ saltibus euolat et precipiti cursu ꝑ ostia pomerij ruens. murorū tandā septꝫ retinet̄ atq; reducitur. Die aūt facto cū maloꝝ īpenitens resipiscere nollet qꝛ iam datus erat ī reprobum sensuꝫ dimissus est tandē vt abiret ī locū suū. Eodē vero die arrept⁹ a demone dementiam īcurrit ⁊ vsq; ad mortem furere non cessauit.

XXX

Cum ī partibus germanie isdez dei seruus achardus ꝑ construendo cenobio qd ī territorio treuerorū situm claustrū nomiat̄ aliquādo moraret̄. celitus cōcessum est ei videre ⁊ alloq̄ hoīem sanctū. hoīem vere diuitem magnū quendā solitariū q̄ ī partibꝫ illis multo tempe ꝑ montes ⁊ siluas sine tecto et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-114/0203
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG